



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Dvx Spiritvalis**

**Puente, Luis de la**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.Xiii.**

Admodvm Reverendo In Christo Patri P. Claudio Aquaniua Societatis Iesv  
Præposito Generali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48784](#)

A D M O D U M  
**REVERENDO IN**  
CHRISTO PATRI P. CLAV-  
dio Aquauia Societatis IESV  
Præposito Generali.

**Q**VONIAM Patris Lu-  
douici de Ponte sa-  
cras Meditationes  
iussu tuo, Admodum  
Reuerende Pater, e-  
lapso anno à me latinè redditas,  
multorum teri manibus nō sine fru-  
ctu intelligo, animum adieci eiusdē  
Auctoris DVCEM SPIRITUALEM  
latinitati donare: tum, quia admo-  
dum R.P.T. id placuit, tum, quia li-  
ber reuera est religiosissimus, spiritu-  
alibusque considerationibus, docu-  
mentis, & ad perfectionem cohori-  
tationibus refertissimus: vt non mi-  
norem ex eo Lector: quām ex Me-  
ditationibus vtilitatem relatus vi-  
deatur. Nihil æque frequenter, fate-  
or, suis in commentarijs Sancti Pa-

) ( 2 tres

DUX SPIR  
DE PONTE

tres inculcant atq; illud quòd à Magistro didicerunt: *Estote perfecti sicut & pater vester cœlestis perfectus est.* nihil tamen vereor, ne cuiquam hoc volumen superuacaneo labore, aut cōscriptū ab Auctore, aut à me trāslatum possit existimari. Duæ enim ferè sunt hodie de vitæ spiritualis perfectione opiniones, ac sententiaz, duo genera classesve hominum, alijs diuiniore lumine collustrati, & ardore succensi, inflāmatiꝝ; eam, quā suo exemplo Patres, Sanctioris vitæ semitam præmonstrarunt, sibi omni studio, constantiaque terendam arbitrantur: Atque vt, quōd tendunt, eò aliquando pertingant, nulli parcunt labori. Alij vitijs excæcati, & naturaz corruptioris pōdere depresso aiunt, perfectionem, & exactiorem illā vitæ sanctimoniam, horum nec morū esse, nec temporum; & præclarè secum agi autumāt, si diuinis quoquomodo præceptis obtemperent. Sed quemadmodum priores illi ex huius libri lectione confirmabuntur, stabi-

lien-

lienturque, ut felicius faciliusq; post-  
hac in via perfectionis progredi va-  
leant: ita posteriores, quanto ver-  
sunt in errore, manifeste intelligent:  
& quod optamus, mutata mente, vi-  
debunt DEI nec manum esse abbrevia-  
tam, nec imminutam esse charitatē:  
ut hodie ad perfectionem vocare,  
vocatosque virtute & gratiā prove-  
here, aut nolit, aut nequeat. DEVS  
opt: Max. Admodum R. P. Tuam  
diutissimē nobis conseruet incolu-  
mem: cui si laborem hunc meum,  
quem imperauit, non improbari in-  
tellexero; vel hoc nomine Deo  
me valde obstrictum con-  
fitebor.

Isai. 59.2.

*Admodum Reuerenda Patern. Tua  
minimus in Christo seruus,*

MELCHIOR TREVINNIUS.

DUX SPIRITUS  
IE PONTE